

nello comedentium, & bibentium, nostrorum, & Sedis prædictæ Notariorum, Palatii, & Aula prædictarum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Civium hujusmodi originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, indubitatis, & non fictis Familiaribus, continuis Comensalibus, ac Notariis nostris, Comitibusque, Militibus, Nobilibusque, ac Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus.

Cum omnibus Privilegiis hujusmodi Nobilibus, Notariis Apostolicis &c. competentibus.

§.3. Eisque, ut in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, & literis tam gratiam, quam justitiam concernentibus, se Familiares, continuos Comensales nostros, & Comites, Milites, Nobiles, ac Cives etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessionem, & literæ ipsæ subreptionis vitio subiaceant, sed validæ, & efficaces existant; ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuscumque, ac prorsus similibus antelationibus, antelationum prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac iuribus, quibus alii nostri Familiares tempore datæ assumptionis nostræ ad summam apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii etiam de numero participantium existentes, etiam si habitum, & rochetum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique, & Aula prædictarum Comitum, & Milites, ac Nobiles, & Originarii, ac antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut præfertur, elegerint quicumque ex utroque parente vere Nobili, & Cive originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel aliâ ex aliquo speciali privilegio, seu aliâ etiam per quascumque literas, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, potiri, frui, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in iudicio, & extra sine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere, libere, & licite valeant, realiter, & integre, in omnibus, & per omnia etiam in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de vere nobili genere ex utroque parente originario, & antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratia, favores, concessionem, indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt pro eisdem Dapiferis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliâ competere, earumdem tenore præsentium indulgemus.

Eximuntur a solutione decimarum.

§.4. Ac singulos Dapiferos prædictos a solutione, & exactione Decimarum Ecclesiasticarum ubique locorum, & ex quacum-

que quantumvis urgentissima, & inexcogitabili causa, & occasione, & ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarum, etiam Venetiarum, & quorumcumque aliorum Principum impositarum, & imponentiarum pro tempore liberamus, & eximimus, liberisque, & exemptos fore, & esse decernimus.

§.5. Ipsisque Dapiferis singulis quoscumque fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos, tam occasione pensionum annuarum ipsis, vel eorum alicui reservatarum, quam ratione omissionis recitationis Horarum Canonicarum indebite perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint, gratiose remittimus, & condonamus.

§.6. Ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris hujusmodi ligati Missas, & alia Divina Officia, dummodo tamen non in contemptum Clavium celebraverint, aut alias divinis se immiscuerint, ut illa, & eisdem præmissis non obstantibus, ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines alias rite promoveri, & in illis, ac in susceptis per eos alias rite ordinibus, etiam in altaris ministerio ministrare etiam libere, & licite valeant dispensamus.

§.7. Ac eosdem Dapiferos, si qui eorum defectum natalium, ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis Parentibus, & vilibus sceminis forsan procreati sint, etiam si legitimati alias existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac natalibus restituimus.

§.8. Ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, & aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, non tamen feudalibus, & emphyteuticis, aut Ecclesiasticis, vel ab Ecclesia acquisitis, ac sine præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommissio, seu alias de jure valida dispositione succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura legitima, successiones ex testamento, vel ab intestato, hæreditatis legata, liberos restituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

§.9. Necnon ad dignitates, honores, & quacumque alia officia secularia, publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, & exercere, in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ac clericali characterem, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, ac ad omnes etiam sacros, & presbyteratus Ordines, si nondum ad illos promoti sunt, promoveri, ac postmodum characterem, & Ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem Ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare, ac quacumque, & qualiacumque cura, & sine cura beneficia Eccle-

Eis condonantur fructus ecclesiastici male percepti.

Et à quacumque inhabilitate ad sacros ordines suscipiendos dispensantur.

Necnon super illegitimitate, alioque natalium defectu.

Ad successorem bonorum habiles, redduntur.

Et ad quævis etiam beneficia ecclesiastica obtinenda.

Ecclesiastica, etiam si personatus, administrationes, & Officia etiam curata, & electiva, in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu Parochialibus Ecclesiis, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & Præbendæ, non tamen in Cathedralibus; ac Dignitates, non tamen in eisdem Cathedralibus post Pontificalem majores, nec principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, presententur, vel alias assumantur ad illa, & insistantur in eisdem, recipere, & dummodo plura simul non sint, quam quæ a Concilio Tridentino permittuntur, retinere libere, & licite valeant, similiter dispensamus.

Quæcumque literæ Apostolicæ pro eis gratis expediendæ.

§.10. Quodque omnes, & quacumque gratiæ, provisiones, commenda, ac præsentem, & quævis alia literæ Apostolicæ, ac etiam in forma Brevis pro illis expediendæ gratis ubique expediantur, tam de capiendâ possessione nomine Cameræ Apostolicæ, quam in favorem literarum Apostolicarum, ubi illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris familiaribus, continuis Comensalibus etiam gratis dentur, & concedantur, ac dari, & concedi debeant, præcipimus, & mandamus.

Habilitatio ad pensiones obtinendas, ac quæ etiam relegendas.

§.11. Ac Dapiferis prædictis, & eorum singulis, ut quicumque loci ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Ecclesiarum, aut personæ quæcumque Ecclesiasticæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ, quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, & proventibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, aut quorumvis Ordinum regularium, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi beneficiorum reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu reservandos, etiam si alias, semel, vel pluries translate, seu translate fuerint, usque ad summam centum ducatorum similibus in toto, vel in parte, ac etiam mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eosdem Dapiferos, & eorum singulos nominandis, & quæcumque, quoscumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eisdem modo, & forma, quibus eisdem Dapiferis reservatæ, seu reservatæ fuerint, etiam absque beneficiis prædicta obtinentium consensu, integre perfolvendas, seu perfolvendos, & per eos percipiendas, exigendas, & levandas, seu percipiendos, exigendos, & levandos, reservare, constituere, concedere, & assignare valeant, atque in possessione dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Dapife-

ri tempore translationis, per eos presentium vigore faciendæ existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur, etiam concedimus, & indulgemus.

§.12. Et si similem gratiam a Prædecessoribus nostris aliâ forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere, & potiri volumus. Decernentes, ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventibus reservata fuerint, obtinentes, ad illas perfolvendas efficaciter obligatos fore.

Etiamsi similem gratiam alias obtinuerint.

§.13. Ac eisdem Dapiferis, quod ratione quarumcumque pensionum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducatorum parium pro quolibet nunc, & pro tempore reservatarum, seu reservatorum, ac reservandarum, & reservandorum habitum, & tonsuram clericales gestare, & in illis dummodo aliâ ipsi habitum decentem, & honestum deserant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, aut censuras, ac etiam privationis, seu cessationis ipsarum, pensiones ad prædictam summam ducatorum ducatorum ascendentes, & reservatas, ut præfertur, etiam si matrimonium contraxerint, cum unica tamen, & virgine, recipere, & retinere.

In habitu, & tonsura non incedant, ac sint conjugati.

§.14. Postremo, quod bona quæcumque ad dictos Dapiferos, & eorum quemlibet spectantia, & per eos, etiam ratione quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam canonicatum, & præbendarum, ac dignitatum, etiam majorum, & principalium, etiam speciali nota, & expressione dignarum quarumcumque per eos alias obtentorum, & obtinentorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæsto colore, vel ingenio, seu eorum industria, licita tamen, & licite acquisita, & acquirenda, etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubicumque existentia, spoliis minime subiaceant; sed ipsi Dapiferi, etiam si Religiosi, aut alicui Militiæ, etiam S. Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint; de illis in favorem quarumcumque personarum, de jure tamen capacium, etiam si Curiales esse deserint, & in quocumque loco quantumvis remoto, eos decedere contigerit, testari, & aliâ disponere, iisque ab intestato decedentibus, eorum hæredes quicumque succedere libere, & licite valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

Eorum bona a quocumque onere, arque etiam spolio liberantur.

§.15. Præcipientes, & mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus S. Romanæ Ecclesiæ Camerario, Thesaurario, Præsentibus Clericis Cameræ nostræ Apostolicæ, & quibuscumque aliis Spoliarum hujusmodi Collectoribus, & Subcol-

lecto-

Definitiones, & declarationes super reassumptione Calepodiorum, depositione Solearum, & delatione Capucii rotundi, largiorisque Mozzetta, ac protensi Mantelli, a Fratribus Minoribus Ordinis S. Francisci Strictioris Observantia deferendi.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremo Apostolatus folio, meritis licet imparibus, divina dispositione constituti, circa statum Religiosorum Ordinum quorumcumque in Ecclesia Dei militantium prospere dirigendum, mentis nostrae aciem assidue intendimus, eaque statum, & ordinamus, per quae prospero, felicitique eorum statui, atque directioni consulitur, prout conspicimus, in Domino salubriter expedire.

§.1. Cum itaque causa inter dilectos filios Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinos nuncupatos ex una, ac Fratres ejusdem Ordinis Strictioris Observantiae ex altera partibus, de, & super reassumptione Calepodiorum, & distinctione Habitus ad praescriptum Bullarum per diversos Romanos Pontifices Praedecessores nostros emanatarum, diu agitata, ac de mandato nostro in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium praepositorum iterum proposita, per eisdem Cardinales auditis partibus, visisque scripturis mature, & diligentissime perpena, & examinata fuerit.

§.2. Nos eorumdem Religiosorum paci, & quieti, felicitique, ac prosperae directioni, quantum in nobis est, providere volentes, de eorumdem Cardinalium consilio, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, eisdem Fratribus Strictioris Observantiae, quatenus Calepodia reassumere, soleasque ubique per totam Italiam deponere, nec eas imposterum recipere debeant, sub excommunicationis latae sententiae, ac privationis vocis activae, & passivae, nec non, quoad Superiores etiam suspensionis ab Officiis ipso facto incurrendis poenis tenore praesentium injungimus: ac insuper locorum Ordinariis, ut in casu transgressionis Regulares Strictioris observantiae praedictos ad id cogant, & compellant.

§.3. Quo vero, ad ejusdem Ordinis Fratres Recollectos nuncupatos Galliae, qui non deferunt soleas, sed calepodia, cum constet, eos capucium aliquid insper acuminatum deferre, Venerabili fratri Bernardino Archiepiscopo Damiaten. moderno, & pro tempore existentis nostro, & Apostolicae Sedis in Regno Franciae Nuntio per praesentes similiter mandamus, ut opportune curet, quod omnino rotundum capucium, mozzettamque largiorem assumat.

Exordium.

Pravio examine. Congregat. super Regularium negotiis.

Pont. decernit Fr. Strictioris Observ. Sancti Francisci in Italia Calepodia esse reassumenda.

Recollectosq; Galliae rotundum capucium, & latiorem mozzetta deferre.

Præ-

Supradictos Fratres vilioribus pannis, & despecti coloris uti posse indulget.

§.4. Præterea ad pleniorum, certiorumque provisionem, inhærendo praesertim literis fel. rec. Clementis VIII., & Gregorii XIII. Rom. Pont. etiam praedecessorum nostrorum, per easdem praesentes pariter mandamus, praedictos Fratres Strictioris Observantiae non molestari, quin vilioribus, & repetiatis pannis, & despecto colore utantur: sed volumus sub eisdem poenis, quod eorum forma habitus quoad Capucium rotundum, Mozzettam latam, & Mantellum perpetuo protensum, sit, & esse debeat Observantiae Fratribus omnino conformis, illumque intra duos menses aptare, ac gestare debeant.

§.5. Atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, & etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Fratribus Strictioris Observantiae, illorumque Superioribus, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenore, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, quod praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 10 Januarii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Sequitur declaratio supradictae Constitutionis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Referunt tenor Constitutionis praeced.

§.1. Nuper, cum causa inter dilectos filios Fratres nostros Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinos nuncupatos ex una, ac Fratres ejusdem Ordinis Strictioris Observantiae ex altera partibus, de, & super reassumptione Calepodio-

rum, & distinctione habitus, ad praescriptum Bullarum per diversos Romanos Pontifices praedecessores nostros emanatarum agitata, ac de mandato nostro in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum, S. Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Regularium praepositorum proposita, & examinata fuisset, eisdem Fratribus Strictioris Observantiae, quatenus Calepodia reassumere, soleasque ubique per totam Italiam deponere, nec eas imposterum reassumere deberent, sub excommunicationis latae sententiae, ac privationis vocis activae, & passivae, necnon quoad Superiores, etiam suspensionis ab Officiis ipso facto incurrendis poenis injungimus, & alias prout in nostris desuper, in simili forma Brevis sub die 10. Januarii proxime praeteriti expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§.2. Nunc autem cum experientia docuerit, nonnullos ex dictis Fratribus Strictioris Observantiae Calepodis uti agere posse, Nos Fratres Strictioris Observantiae hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Superioribus eorumdem Fratrum Strictioris Observantiae Fratribus senio confectis, aut qui ita infirmi fuerint, ut Calepodia deferre non valeant, ut in domibus regularibus hujusmodi, necnon itinerantibus dumtaxat, qui iter saltem unius diei cum Calepodis habere non possunt, non autem quassantibus, solas cum calcaneo usque ad talos circiter, superiori autem pedis parte unica tantum fascia usque ad digitos in circa coopertas deferre absque poenarum, & censurarum incurfu, libere, & licite possint, & valeant, super quibus eorumdem Superiorum conscientiam oneramus, concedendi, & indulgendi licentiam Apostolica auctoritate, tenore praesentium concedimus, & impertimur. Decernentes, eisdem Fratres Strictioris Observantiae praemissorum occasione nullo modo molestari, perturbari, aut inquietari posse, seu debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus literis nostris praedictis, ac omnibus illis, quae in eis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque,

§.4. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique

Sequitur ipsius declaratio.

Derogatio contraria.

Transumptio- rum fides.

Executores deput.

Contraria tollit.

Alias Pontificias concessiones praeservat.

Transumptio- danda fides.

Dat. die 2. Januarii. 1624. An. I.

1623. Eclesia, bona que Commenda eidem assignantur.

Earumdem executorum designantur.

ejus Ecclesia, Ecclesiam dicta Præceptorie, seu Commenda, necnon omnia, & singula proprietates, res, & bona quacumque dicta Præceptorie, seu Commenda de Bononia in quibusvis rebus consentia, & undecumque provenientia, cujuscumque qualitatis, & speciei existentia cum omnibus Juribus, & pertinentiis suis univ[er]s[is] apostolica auctoritate earumdem tenore presentium, etiam perpetuo concedimus, applicamus, & appropriamus: ita quod liceat Bajulivatum per presentes erectum pro tempore obtinenti per se, vel alium, seu alios ejus, ac dicti Bajulivatus nomine illorum omnium, veram, realem, corporalem, & actualem possessionem juxta statuta, seu stabilimenta prædicta propria auctoritate apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, fructus quoque, redditus, proventus, Jura, obventiones, & emolumenta ex eis provenientia percipere, exigere, & levare, ac in suos, necnon Bajulivatus hujusmodi, adimpletis, & supportatis prius exinde solitis, & consuetis oneribus juxta formam statutorum, seu stabilimentorum prædictorum, usus, & utilitatem convertere, magni Magistri Hospitalis hujusmodi, ac Prioris Venetiarum, seu alterius Prioratus, a quo Præceptorie, seu commenda hujusmodi forsitan dependet, ac Dicecesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita.

§.4. Decernentes, presentes literas, & in eis contenta quacumque sub prætextu, quod magnus Magister, seu Prior Venetiarum hujusmodi, sive quicumque alii in præmissis forsitan interesse habentes, seu quomodolibet habere prætendentes vocati non fuerint, seu ex quibusvis aliis prætextis, & causis quantumvis justissimis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, ex quovis capite, vel causa notari, impugnari, seu in Jus, vel controversiam vocari, aut contra eas quomodolibet opponi posse, sed semper, & perpetuo, ac omni tempore validas, & efficaces existere, nec sub ullis omnino similibus, vel dissimilibus erectionibus, limitationibus, suspensionibus, & aliis contrariis dispositionibus comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub anteriori Data pereos, quorum intererit, quodcumque eligenda concessas, validasque, & efficaces fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac perpetuo suffragari: Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, subblata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula pro harum licentiarum firmitate

§.5. Quocirca dilecto filio nostro Roberto tituli S. Alexii Præbytero Cardinali Ubaldino nuncupato moderno, & pro tempore existenti Nostro, & Sedis Apostolicæ in dicta Civitate Bononiæ Legato, ac Vicelegatis, necnon causarum Curia Camera Apostolicæ generali Auditori per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, eandem presentes literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte existentis Bajulivi, Prioris nuncupandi, Bajulivatus per presentes erecti hujusmodi fuerint requisiti, solemniter publicare, eique in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra eandem presentes literas, & in eis contenta quacumque ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Non permittebunt ipsos, vel quempiam ex eis per Magnum Magistrum, seu Consilium, Hospitalis, seu Priorem Venetiarum hujusmodi, vel quoscumque alios desuper quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari, aut impediri. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravandi, invocato, etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.6. Non obstantibus præmissis, ac nostra de Jure quæsito non tollent, necnon quibusvis aliis apostolicis, ac in univ[er]salibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Hospitalis hujusmodi juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac stabilimentis, Ordinationibus Capitularibus, antianitibus, usibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis illis, ac Magistro, & Conventui, necnon Priori Venetiarum, ac fratribus etiam Antianis, & aliis quomodolibet nuncupatis Hospitalis hujusmodi tam per se: re: Joannem XXII., Martinum V., Eugenium IV., Sixtum IV., Pium II., Paulum similiter II., Leonem X., Clementem VII., Paulum III., Pium etiam IV., Pium similiter V., Gregorium XIII., Sixtum pariter V., & Gregorium XIV.; necnon quoscumque alios Romanos Pontifices Prædecessores nostros, quam Nos, & Sedem eandem sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis, etiam per viam legis, aut contractus, vel statuti perpetui in genere, vel in specie, vel aliis quomodolibet, & motu simili, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, etiam de fratribus nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, necnon ex certis causis tunc expressis, ac etiam consistorialiter propofitis, & diligenter

Contraria queque tolluntur.

gener examinatis, seu etiam ad quorumvis aliorum Principum instantiam, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis, etiam in eis caveatur expresse, quod non censeatur illis derogatum, nisi derogatio hujusmodi de eorumdem Cardinalium consilio, & consistorialiter fiat, atque tunc Magistri, & Conventus prædictorum ad id expressus accedat assensus, necnon literæ derogationis hujusmodi certis modo, & forma tunc expressis intimata, & notificata fuerint. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio, seu quavis alia expressio habenda, vel forma ad hoc servanda foret, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque.

Aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 29. Decembris 1623. Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 29. Dec. 1623. Anl.

Ex Regest. in Secret. Brev.

XXI. Confirmatio Literarum Gregorii XV. de Privilegiis Militiæ B. M. Theutoniarum concessis per Sedem Apostolicam.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

DECRETUM Romanum Pontificem in supremo militantis Ecclesiæ solio, & apostolicæ potestatis plenitudine immensa Redemptoris nostri benignitate constitutum, privilegia, gratias, & Indulta per Prædecessores suos militis, & Hospitalibus quibuslibet ad ejusdem Redemptoris nostri gloriam, ejusque Ecclesiæ suæ Sanctæ exaltationem, & Catholicæ Fidei defensionem, necnon pietatis, & charitatis opera exercenda pie institutis, illorumque superioribus, militibus, fratribus, & aliis personis concessa, ut firma, & illibata perpetuo remaneant, apostolicæ confirmationis robore confirmare, & aliis in his providentiæ suæ partes favorabiliter interponere, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis conspexit in Domino salubriter expedire.

§.1. Alias siquidem se: re: Gregorius Papa XV. Prædecessor noster omnia, & singula privilegia, Indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & gratias tam per se, Sedemque Apostolicam, quam re: me: Leonem X., Clementem VII., Paulum III., Pium IV., Pium V., Gregorium XIV., Clementem VIII., & Paulum V. Roman. Pontifices similiter Prædecessores nostros dilectis filiis Magno Magistro, & Conventui Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Gregor. XV. declaravit Militibus B. M. Theutoniarum ea solum competere Privilegia, quæ a Prædecessoribus Pontificibus Militiæ S. Jo: Hierosolymitani concessa sunt.

ni, illisque Prioribus, Bajulivis, Præceptoribus, Commendatariis, Fratribus, Militibus, Subditis, Vassallis, Colonis, & Præbyteris curam animarum exercentibus concessa, & respective confirmata, Hospitalis Domus Beata Mariæ Theutoniarum, ejusque Magistro, Prioribus, Bajulivis, Præceptoribus, Commendatariis, Fratribus, Militibus, Subditis, Vassallis, Colonis, & Præbyteris curam animarum exercentibus concessit, decernens Hospitalis Beate Mariæ Theutoniarum, illiusque Magistrum, Priores, Bajulivos, Præceptores, Commendatarios, Fratres Milites, Subditos, Vassallos, Colonos, & Præbiteros nullis aliis privilegiis, gratiis, & Indultis, quatenus hujusmodi concessione non comprehenderentur, quovis prætextu, & ex quacumque causa uti, frui, & gaudere posse, nec debere, quinimo illa omnia cessare, ac irrita, & nulla, nulliusque roboris, & momenti esse, & fore, prout in dictis Gregorii Prædecessoris in forma Brevis desuper sub die 23. Decembris 1622. expeditis literis, quarum tenorem presentibus pro expresso haberi volumus, plenius continetur.

§.2. Quare inviolabili dictarum Gregorii Prædecessoris literarum, omniumque, & singulorum in eis contentorum observationi, quantum cum Domino possumus, consulere, necnon Magistrum, Priorem Bajulivos, Præceptores, Commendatarios, Fratres, milites, subditos, Vassallos, Colonos, & Præbiteros dicti Hospitalis Beate Mariæ Theutoniarum ob egregiam eorum in Nos, & Apostolicam Sedem fidem, & devotionem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, prædictas Gregorii Prædecessoris literas, omniaque, & singula in eis contenta tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus.

§.3. Decernentes presentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod locorum Ordinarii ad hoc vocati non fuerint, notari, impugnari, vel invalidari minime posse, minusque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, restrictionibus, & derogationibus comprehendendi posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas esse, sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam

Gregorii literas confirmat Urbanus

Clausulas apponit.

Dapiferi non tenentur habere literas in Camera prefentate.

Quo numero revocata censei possunt.

Clausula.

Mandatum de presentibus gratis recitandis Sec.

Derogatio contrarietatis.

lesoribus, ac Militiarum predictarum Officialibus, aut Procuratoribus, ne in huiusmodi bonis manus apponant, neque heredes predictorum Dapiferorum desuper molestare audeant, seu presumant: Ac etiam decernentes, donationes etiam per viam testamenti, codicillorum per ipsos Dapiferos de eorum bonis huiusmodi, servatis de iure servandis, faciendas, semper, & perpetuo validas, & efficaces fore.

§.16. Nec eosdem Dapiferos, eorumque aliquem ad presentes literas, in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum, teneri; nec illas, etiam si intra tempus legitimum insinuat, admittat, seu registrat non fuerint, propterea minus validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere.

§.17. Easdemque presentes, & in eis contenta quaecumque sub quibusvis revocationibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoris, vel quae eas limitarent, vel moderarentur, quae a nobis, & dicta Sede pro tempore, & ex quibusvis causis etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum etiam consistorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel imposterum emanaverint, minime comprehendendi, sed quoties illae emanabunt, toties in pristinum statum repositas, & reintegratas esse, & censeri.

§.18. Siquae per quoscumque Iudices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definiti debere; irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.19. Et insuper dilectis filiis Rescribendario, & Computario Collegii Scriptorum literarum Apostolicarum, & aliis ad quos spectat, in virtute sanctae obedientiae, & sub poena indignationis nostrae, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus mandamus, ut easdem presentes, & forsitan alias literas Apostolicas super praemissis omnibus, & singulis, tam conjunctim, quam divisim, ac pro singulis quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, gratis de mandato nostro ubique, in omnibus Officiis, & Abreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum, Plumbique, & Registri absque aliqua pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis faciendam, omni contradictione, & dilatione cessantibus, signent, & expediant, & expediri faciant.

§.20. Non obstantibus praemissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero, etiam si ad illum nondum sit devenit, cui per presentes alias non intendimus derogare; ac regula nostra de praestando consensu in personibus, sel. rec. Pii Papae IV. praedecessoris nostri de similibus, vel dissimilibus gratis in Camera Apostolica infra tres menses praesentandis, registrandis, ac

recolenda memoriae Pii Papae V. etiam praedecessoris nostri contra illegitimos, ac Pictaviensis Concilii, & aliis Apostolicis, ac etiam in universalibus, provincialibusque Conciliis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Monasteriorum, Ecclesiarum, Ordinum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romae, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, aut Camerae praedictae, & quarumvis Universitatum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stabilimentis, usibus, & naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, & etiam legibus tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam sacris Canonibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis Superioribus, & personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam vim statuti perpetui continentibus, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam Consistorialiter, & alias, in contrariam forsitan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, inter alia disponentibus, quod beneficia Urbis non nisi personis, certis modo, & forma qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum militarium, & expresse professis conferri, & commendari soleant; quibus omnibus, etiam si aliis pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tepores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse harum serie derogamus, contrariis quibuscumque; Aut si quibusvis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§.20. Volumus autem, quod eorumdem praesentium transumptis etiam impressis, ac sigillo, & manu alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, & subscriptis, eadem fides tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quae originalibus literis adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensa.

Nomina autem singulorum Dapiferorum, qui Nobis, & eisdem Cardinalibus, in Conclavi existentibus inservierunt, sunt haec, &c.

§.21. Nulli ergo omnino hominum liceat

Transumptis danda fides.

Clausula: ceat

Deo. die ro. Dec. 1623. An.I.

Ex Registi. in Secret. Brevi.

Procurator dignitate hu. Julice Militiae petunt.

Commenda Bononiensis.

ceat hanc paginam nostrae absolutionis, receptionis, creationis, constitutionis, assignationis, aggregationis, liberationis, exemptionis, remissionis, condonationis, legitimationis, abstersionis, dispensationum, decretorum, concessionum, praceptorum, mandatorum, indultorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, decimo Kalendarum Januarii, Pontificatus nostri Anno I.

XX.

Erectio Commendae Bononien. Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani in Bajulivatum Prioratum nuncupandum.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiae regimini inserutabili divina sapientiae providentia, nullo licet meritorum suffragio praesentes, & attenta mentis acie considerantes, Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani in primordiis nascentis Ecclesiae in Civitate Sancta Hierusalem institutum, & deinde ob rerum vicissitudinem varia in loca, postremo autem in Insulam Melitae B. Pauli Apostoli multis celebratam miraculis translatum, firmissimum, tutissimumque Reipublicae Christianae adversus immanissimi Turcarum Tyranni invasiones propugnaculum existere, eisdemque Hospitalis fratres milites tamquam veros Christi Athletas nullis laboribus, nullisque corporum periculis parcendo, pro fidei Catholicae adversus Christiani nominis hostes defensione, & propagatione jugiter laborare, dignum, quin potius debitum reputamus, ut Sedes Apostolica novas quandoque Dignitates pro ipsis Fratribus militibus ad majorem ipsius Hospitalis decorem erigat, & instituat, quo fratres milites praedicti majoribus semper Sedis praedictae beneficiis devincti in tam laudabili eorum vocatione, & Instituto constantius perseverent.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, Praeceptoris seu Commendae de Bononia Prioratus Venetiarum Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani per obitum quondam Alphonsei de Este illius, dum viveret, ultimi possessoris extra Romanam Curiam defuncti, vel aliis certo alio modo vacaverit, & vacet ad praesens, Nos Praeceptoriam, seu Commendam huiusmodi in Civitate nostra Bononien., quae studiorum mater, & quasi altera Roma dicitur existentem, ac sufficientibus ad sustinendam Bajulivi Dignitatem, omniaque Bajulivati incumbuntia onera commode supportanda, redditibus

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

dotata, dignioris nominis titulo decorare, volentes, ac sperantes fore, ut ejusdem Hospitalis, & linguae Italiae Fratres spe consequenda Dignitatis huiusmodi alleci, majora eidem Hospitali obsequia praestare conentur motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine Praeceptoriam, seu Commendam praedictam a dicto Prioratu Venetiarum, ac quacumque illius Prioris Jurisdictione, & superioritate tenore praesentium perpetuo separamus, dismembramus, eximimus, & liberamus, separatamque, dismembratam, ac exemptam, & liberam esse, & fore decernimus.

§.2. Necnon eandem Praeceptoriam, seu Commendam in Bajulivatum perpetuum Prioratum nuncupandum ejusdem Hospitalis, ac Nationis, & linguae Italiae, cujus dispositio excepta hac prima vice, ad linguam, & Nationem Italicam huiusmodi perpetuo ad instar aliorum dicti Hospitalis Bajulivatum pro uno ejusdem Hospitalis fratre Milite Magnae Crucis futuro, illius Bajulivo Priore nuncupando Nationis, & linguae huiusmodi, qui ad eundem Bajulivatum, illius vacatione, hac prima vice, ut praefertur, excepta, eveniente, servata forma statutorum Hospitalis, & in reliquis linguae huiusmodi apostolica auctoritate confirmatorum assumi debeat, omniaque ipsius Hospitalis fratribus militibus, ac Bajulivis incumbuntia onera subire teneatur, atque omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, praerogativis, antelationibus, favoribus, honoribus, & insigniis, necnon voto activo, & passivo, sessione, stalli, & praesentibus in quibuscumque ipsius Hospitalis Tribunalibus, necnon capitularibus, ac generalibus, particularibusque, & Provincialibus, Conventibus, Capitulis, consiliis tam ordinariis, quam Completis, Assambleis, Scardis, aliisque quibuscumque actibus tam publicis, quam privatis, ac demum omnibus, & singulis aliis gratis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus alii Hospitalis, & linguae huiusmodi fratres milites Bajulivi Priores nuncupati de Jure, usu, consuetudine, vel privilegio, aut aliis quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum etiam quoad antianitatem, & consequentem aliorum Bajulivatum, Prioratum, Praeceptoriam, Commendarum, ac aliorum quorumcumque Hospitalis huiusmodi Beneficiorum, officiorum, ac Dignitatum, non solum ad eorum instar, sed etiam pariformiter, & aequae principaliter in omnibus, & per omnia, absque ulla prorsus differentia; perinde ac si Bajulivatus per praesentes erectus, & institutus huiusmodi a primava ejusdem Hospitalis institutione erectus, & institutus fuisset, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeat, tenore praesentium perpetuo, sine tamen alicujus praedictio, erigimus, & institutum.

§.3. Illique sic erecto, & Instituto pro

A Prioratu Venetiarum dividens, eximiturque.

Et in Prioratu erigitur.

Cum omnibus privilegiis, & praerogativis.

Dar. die 31.
Martii 1624.
An.I.

que adhibetur, quæ ipsi presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 31. Martii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

XXIII.

Ex Regest. in Secretis. Brev.

Collectori Generali Spoliorum Camera Apostolica in Regnis Portugallie committitur, Archiepiscopo Elboren., & Militibus Militiarum S. Jacobi, & Sancti Benedicti de Avis terminum viginti dierum præfigat ad arbitros constituendos, qui controversias omnes inter eos vertentes definiant.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Procurium.

O Nerofa pastoralis officii cura, nullo licet meritorum suffragio, humilitati nostræ inenarrabili Regis Regum, & Domini Dominantium iudicio commissâ postulat, ut non solum omnibus præsertim ecclesiasticis, regularibusque personis iustitiam aequalitate ministrare curemus, sed quandoque lites, & controversias, & dissidia inter eas vigentes quiete præcidere studeamus.

Ad dirimendas lites inter Partes, de quibus mentio fit in Rubrica.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, charissimus in Christo filius noster Philippus Portugallie, & Algarbiorum Rex Catholicus provide considerans ex litibus, seu controversiis, quæ inter Archiepiscopum Elboren. pro tempore existentem ex una, ac Præceptores, seu Commendatarios, Fratres, Milites, Officiales, & Ministros Militiarum Sancti Jacobi, & Sancti Benedicti de Avis Regni Portugallie, quarum idem Philippus Rex perpetuus Administrator apostolica auctoritate deputatus existit, ex altera partibus de, & super iurisdictione, si ve facultate visitandi, & reformandi Ecclesias, seu personas dictarum Militiarum, & quasi omnimodo illarum tam spirituali, quam temporali gubernio, ratione privilegiorum, & exemptionum eisdem Militiis concessorum, nonnullorumque decretorum, ac declarationum Concilii Tridentini, nec non sententiarum diversis temporibus ad favorem earundem Militiarum emanatarum, possessionumque immemorabilium coram uno, seu diversis Iudicibus indecisa pendet, plurima detrimenta non sine notabili Ecclesiarum, & personarum prædictarum cum spirituali tum temporali dispendio, & Christianidelium scandalo provenire; ipsum vero Archiepiscopum, nec non Præceptores, seu Commendatarios, Fratres, Milites, aliasque personas huiusmodi ad litium dubios eventus in his prosequen. labores, & expensas subiri solitas evitandum, super litibus, & controversiis inter eos vigentibus huiusmodi, & quæ oriri possunt, tempore procedente, ad concordiam, & amicabilem compositionem, ipso Philippo Rege mediante, facile deventuros esse, si

nostra, & Sedis Apostolicæ facultas desuper suffragetur:

§.2. Nos, qui in id semper intendimus, ut sublatis litium, & controversiarum occasionibus, ecclesiasticæ, & præsertim divino servitio mancipata personæ quietam, & tranquillam vitam traducentes in tuenda pace, atque unione christiana cæteris exemplum præbeant, prædictarum causarum, & litium status, & merita, nominaque, & cognomina Iudicum, & Colligantium, ac alia de necessitate exprimenda, presentibus pro sufficienter expressis habentes, omnemque, & quascumque lites, & controversias inter Archiepiscopum, & Priores Milites, Commendatarios, Conventus, Mensas Magistrales, aliasque quascumque personas dictarum Militiarum coram quibuscumque Iudicibus ordinariis, & delegatis tam in Romana Curia, quam extra eam motas, & quantumvis instructas, ac etiam pro tempore movendas ad Nos, & Sedem Apostolicam, quatenus opus sit, harum serie in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, advocantes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine Ven. Fratri Antonio Episcopo Vigilien. moderno, & pro tempore esistenti iurium, & spoliorum Camera nostræ Apostolicæ in Portugallie, & Algarbiorum Regnis Collectori generali per presentes committimus, & mandamus, ut partibus prædictis terminum viginti dierum ad consentiendum in tres Commissarios, qui in dignitate ecclesiastica constituti sint per eundem Philippum Regem nominandos auctoritate nostra præfiges.

Pontifex Collectori Spoliorum Camera Apostolicæ in Regnis Portugallie committitur terminum viginti dierum præfigat ad arbitros nominandos.

§.3. Quo quidem termino elapso, & consensu per dictas partes non præstito, tres huiusmodi Commissarios partibus eisdem non suspectos ex eadem auctoritate deputet, qui prædictas, & quascumque alias cuiuscumque qualitatibus existentes causas etiam decimarum, juris patronatus, presentandi, & providendi de quibusvis Beneficiis Ecclesiis, & Cappellis, nec non iurisdictionis tam spiritualis, quam temporalis, bonorumque, reddituum, & Territoriorum tam ad mensam Archiepiscopalem Elboren., quam Militias, & personas huiusmodi spectantium extrajudicialiter, & omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recursum motis concordare, & componere possint, & valeant.

Qui Causas omnes definiant.

§.4. Quibus quidem Commissariis prædictis, & quacumque alia in præmissis necessaria, & opportuna, etiam si talia forent, quæ magis specialem, & specificam requirerent mentionem, faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi plenam, & absolutam auctoritatem, & facultatem, dicta auctoritate, tenore presentium tribuimus, & impartimus.

Concessis ad id necessariis facultatibus.

§.5. Quidquid autem per eosdem Iudices in causis huiusmodi tam motis, quam movendis, ut præfertur, concordatum, terminatum, stabilitum, & compositum fuerit, firmum, validum, & efficax esse, & fore decernimus, & ad eius inviolabilem obser-

Quidquid autem decreverint, præcipit observari.

XXIV.

Mandatum Nuncio Apostolico apud Helvetios de compellendo Ecclesiasticos ad observantiam Constitutionis Pauli PP. II. quæ incipit: *Ambitiose* de Bonis Ecclesiarum non alienandis, sive locandis.

Ex Regest. in Secretis. Brev.

Ven. Fratri Alexandro Episcopo Campanien. nostro, & Sedis Apostolicæ apud Helvetios Nuntio.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

AD aures nostras, non sine gravi animi nostri molestia pervenit, quod nonnulli forsitan Episcopi, & Ecclesiarum Præsules, sive Prælati, nec non personæ ecclesiasticæ suæ salutis immemores intra fines tuæ legationis existentes suarum Ecclesiarum, & aliorum per eos obtentorum Beneficiorum Ecclesiasticorum bona absque ulla Sedis Apostolicæ licentia alienant, oppugnant, & distrahunt, seu aliis de illis contra formam, & tenorem Constitutionis sel. rec. Pauli Papæ Secundi Prædecessoris nostri, quæ incipit: *Ambitiose*, disponunt in maximum Ecclesiarum, & Beneficiorum huiusmodi detrimentum, evidentemque animarum suarum perditionem.

Causæ faciendi mandati.

§.2. Quare Nos pro ea, quam animabus Nobis ex alto creditis tenemur impendere sollicitudine, præmissis, quantum Nobis ex alto conceditur, obviare volentes, fraternitati tuæ per presentes committimus, & mandamus, ut Constitutionem prædictam in locis tuæ legationis tibi beneficiis publicis, & publicari, eamque ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari facias.

Mandatum de quo in Rubrica.

§.3. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Facultas compellendi contradictores.

§.4. Præterea tibi, ut Episcopos, Prælatos, & alias personas ecclesiasticas huiusmodi, quæ Ecclesiarum, & Beneficiorum suorum bona alienaverint, oppugnaverint, distraxerint, sive alijs de illis contra dictam Constitutionem disposerint, ut præfertur, si abs te veniam humiliter petierint, & facta prius eorumdem bonorum totali recuperatione, seu alijs Ecclesiis, & Beneficiis ipsis plenarie, & omnino reintegratis, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, etiam in dicta Constitutione contentis, & alijs contra similia perpetrantes promulgatis, poenitentia salutari, & alijs in iunctis injungendis auctoritate nostra absolvas, & totaliter liberet.

Et poenitentes absolvendi.

§.5. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus

Derogatio contrariorum.

Clausulas ad presentium litterarum hermitatem opportunas apponit.

Derogat obstantibus.

Transumptive fidei adit.

Dar. die 15. Januarii 1624. An.I.

observantiam partes ipsas cogi, & compelli, neque ullo umquam tempore sub quovis prætextu, & causa ab illo resillire posse præcipimus, partibusque ipsis desuper ex nunc, prout ex tunc, postquam lites, & controversiæ huiusmodi concordate fuerint, ut præfertur, perpetuum silentium imponimus.

§.6. Nec non presentes literas ex quacumque causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, annullari, vel invalidari, aut alijs quomodolibet infringi, seu retractari, aut in jus, vel controverfiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, aut facti remedium impetrari nullatenus posse; Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obstantibus quibuscumque alijs super præmissis commissionibus, & litis pendentis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiæ, & Militiarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum infertis habentes, illis alijs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.8. Volumus autem, & apostolica auctoritate decernimus, quod earundem presentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem protus fides adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 15. Januarii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

dalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 15. Januarii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 15. Januarii 1624. AN.

XXV.

Declarat Ordinarium Collegiatæ S. Joannis de Abbatibus Vicen. Dioc. non esse Archiepiscopatum præfatæ Ecclesiæ, sed Episcopum Vicentinum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Causa hujus Concilii.

§.1. Alias sel. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster, postquam Ord. S. Augustini Canonicorum Regularium in Principatu Cataloniae, ac Comitatus Rossilonis, & Ceritanie cum omnibus suis membris, & pertinentiis, omnemque ejus statum, essentiam, & dependentiam regulares perpetuo supprefferat, & extinxerat, eundemque, & illius Monasteria, Prioratus, & beneficia ad secularitatem reducere, & sic redita sua, & Apostolica dispositioni Motu proprio reservaverat, Monasterium Sancti Joannis de Abbatibus nuncupat. Vicent. Diocesis unum ex eisdem suppressi Ordinis Monasteriis, ac sub prædictis reductione, & reservatione comprehensum in sacularem, & Collegiatam Ecclesiam, ac in ea unum Archiepiscopatum, qui inibi principalis Dignitas existeret, necnon tot Canonicatus, & Præbendas, quot in illa ante suppressionem, & reductionem prædictas erant loca, & canonicas portiones pro tot Canonicis, qui una cum Archiepiscopo hujusmodi Capitulum ejusdem Ecclesiæ constituerent, ac alias sub certis modo, & forma tunc expressis exeret, & instituit, ac inter alias Ecclesiam prædictam, illiusque Dignitates, Canonicatus, & Præbendas, ac alia Beneficia, necnon Capitulum, & Ministros suo Ordinario subjectos esse voluit, & alias, prout in ipsius Clementis Prædecessoris desuper sub plumbo expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§.2. Cum autem, sicut Venerabilis Frater modernus Episcopus Vicent. Nobis nuper exponi fecit, post juratam, & observatam septem, vel octo annis tunc existenti Episcopo Vicent. obedientiam, & superioritatem dilectus filius Joannes Coli ex Beneficiato dictæ Ecclesiæ Archiepiscopus factus superioritatem dicti Episcopi detestans a dicta obedientia desceiverit una cum medietate Canonicorum, & Beneficiatorum ipsius Ecclesiæ, & diversa alia in præjudicium, & damnum jurisdictionis prædicti Episcopi Vicent. fecerit, & attentaverit, & propterea dictus modernus Episcopus Nobis humiliter supplicari fecerit, ut super

præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.3. Nos præmissis, quantum cum Domino possumus, obviare volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum consilio harum serie apostolica auctoritate decernimus, & declaramus, Ordinarii appellatione, cuius in iisdem literis fit mentio, nullatenus esse intelligendum Archiepiscopatum prædictæ Ecclesiæ S. Joannis, sed Episcopum Vicent. dumtaxat, & itaque Ecclesiam ipsam, illiusque Dignitates, Canonicatus, & Beneficia pro tempore obtinentes, atque alios quoscumque Ministros non eidem Archiepiscopo, sed Vicent. Episcopi tantum visitationi, correctioni, atque omnimodæ jurisdictioni subjectos esse.

§.4. Præsentibus vero literis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vicio, seu intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes seu habere prætendentes vocati non fuerint, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam revocari posse; Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Tarraconensi, & Episcopo Gerundensi, ac dilecto filio causarum Curie Camera Apostolicæ Generali Auditori per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, vel alios præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte ipsius moderni, & pro tempore existentis Episcopi Vicent. fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra easdem præsentibus, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari: Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ in ipsius Clementis Prædecessoris literis hujusmodi concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Vo-

Declaratio de qua in rubrica.

Clausula de rogatione.

Executores deputati.

Oblastium derogatio.

Exemplis hujus Constitutionis credi jubet.

Dat. die 18. Januarii 1624. An.

XXVI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Confirmatio Decreti Congregationis Concilii, quo declaratur, Clericos, qui incedunt in habitu, & tonsura, quamvis servitio peculiaris Ecclesiæ non sint ab Episcopo additi, gaudere privilegio Fori juxta Concil. Trident. Cap. 6. sels. 23.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum Congregationis Concilii.

§.1. Cum, sicut dilectus filius Aloysius de las Infantas, & Saavedra Archidiaconus, & Canonicus Ecclesiæ Malacitanæ, ac Cleri Regnorum Castellæ, & Legionis Regnorum in Romana Curia gestor Nobis nuper exponi fecit, nuper a Venerabilibus nostris S. R. E. Cardinalibus Concilii Tridentini interpretibus emanaverit Decretum tenoris subsequentis videlicet: Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Doctor D. Aloysius de las Infantas, & Saavedra Archidiaconus, & Canonicus Malacitanæ, ac agens generalis Ecclesiarum Hispaniarum supplicat huic Sacræ Congregationi, dignetur declarare: An Clericus in minoribus constitutus actu serviens Ecclesiæ cum habitu, & Tonsura in ministerio Sacristæ, vel simplici Cappellanæ servitio, seu pro juvene Chori ex nominatione Decani, & Capituli, gaudere debeat privilegio Fori juxta disposita a Concilio Tridentino in cap. 6. sels. 23. pro quocumque etiam atrociori delicto, cujus punitio ad Judicem Ecclesiasticum pertinet, non obstante, quod hujusmodi nominatio, & deputatio servitii Ecclesiæ facta non sit ab Episcopo, sed a Capitulo: Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, in hærens declarationibus aliis editis, respondit Clericum, qui habitum, & Tonsuram desert Clericalem, & alicui Ecclesiæ inservit, licet non præcesserit mandatum Episcopi, debere tamen gaudere Fori Ecclesiastici privilegio. Antonius Cardinalis Caetanus.

Petitio confirmatio.

§.2. Cupiatque autem dictus Aloysius pro majori Decreti hujusmodi subsistentia, & validitate, illud apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri, Nobisque idcirco totius Cleri prædicti nomine humiliter supplicari fecerit, ut desuper opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio Urbani.

§.3. Nos prædictum Aloysium specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

tes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum præsertim hujusmodi apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.4. Decernentes, Decretum hujusmodi, ac præsentibus literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, quos concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, plenissime suffragari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ Ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 20. Januarii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Opportunaq; apponit clausulas.

Et contraria tollit.

Dat. die 20. Januarii 1624. An.

XXVII.

Professi in Congregatione Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, in Dominibus Novitiatuum, vel aliis distinctis Dominibus, donec ad Sacros Ordines promoveantur, ex illarum redditibus vivere possunt.

Tempore emittenda professio ab urinaque sextus Regularibus statuit Concil. Tridentin. Sess. 25. cap. 15. Et de hac Relig. habes indicata ad Const. XXXV. Sixti V. Ex omnibus. Tom. IV. Par. VI. fol. 191.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam

Sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quam Dei filius Jesus Christi auctor pietatis instituit, regimini præfidentes, pia, & salubria vota fidelium, præsertim sub regulari observantia disciplina in humilitatis spiritu Altissimo famulantium, ex quibus in eorum locis regularis disciplina, & observantia, per amplius conservatur, & augetur, pii patris affectione prosequimur, A a & ut

Procedim.